

§. 8. *Hodie Servitus*

1. apud Romanos olim mitigata.
2. apud Christianos prorsus sublata (non quia omnes sunt ci-
ves Romani, sed quia sic placuit)
3. apud Barbaros cum Christianis & inter se belligerantes ad-
huc durat.

§. 9. *Servis etiam similes sunt*

olim *Ascriptitii* s. glebæ addicti, qui certa mercede cum lege
perpetuò colendi agros cum posteritate operam addice-
bant, ita ut sint servi respectu Dominorum suorum, liberi
verò respectu aliorum.

1. operas rusticas Domino perpetuò præstant.
2. à Domino castigantur.
3. Domino acquirunt.
4. Nati conditionem ventris sequuntur.
5. non possunt ducere uxorem liberam.
6. possunt una cum terra vendi.
7. possunt vindicari & propria autoritate apprehendi.

hodie *Homines proprii* & *Leibeigene* iisdem ferè conditionibus
serviunt.

§. 10. *Umbram servitutis præ se ferunt opera rusticorum, quæ præ-*
stantur

vel jumentis, *Anspanner* / *Hüfner*.
vel manibus aut alias corpore *Handfröner*.

Operæ sunt

vel *determinatæ*,
vel *indeterminatæ*, non tamen in infinitum, sed ad soli-
das & consuetas restringendæ potius quàm exten-
dendæ.